

B. F.
DE EPILEPSIA.
PRÆSIDE

1643

IOH. DANIELE
HORSTIO,
PHILOSOPHIÆ ET MEDICINÆ
Doctore, ac hujus Profess. Pr. &
Archiatro,
Dn. Præceptore colendo,

Publicè disputabit

Ad Diem 1. Julii

JOHAN. GOTTFRIED
GEILFUSIUS, Weilburg.




*Vno
Joh. Geilfusio, hujus Præceptori
factori suo (alter. mlti)*

Al. Sch. 9355.

MARPURGI CATTORUM,
JOSEPHI DISTERICI HAMPFELII,
eadem. Typogr. M DC XLIII.

8 10.5.16 9355



VIRO
NOBILI AC EXIMIO
DOMINO:

JOHAN. WILHELMO
SCHEFFERO,

SERENISSIMI HASSIÆ LAND-
GRAVII, GEORGII, &c. CONSILIARIO
ac provinciali COMMISSARIO dex-
terimo, & benè meritò:

*Domino Cognato honorando, has
theses sacras facit*

Johan. Gothfr. Geilfus, Author.



3 (* *) 50



CUM DEO.



FRECTUS, cujus tractationem suscepi-
mus, magna est πολυνομία. Cōmuniter Epi-
lepsia dicitur, derivata ἀπὸ ἐπιλαμβάνειν, vel
ἐπιλαμβάνεσθαι, quod Epileptici plerumque
subita vi rapiantur, motu sensibusq; ligen-
tur, uti innuere videtur *Ti. alliani interpres,*
& *Lucretius Doctissimus libro 3.*

Fuerunt quidem & sunt, qui vocis appellationem in
hæc vel illa nomina retulerunt: dum vel morbum παιδικόν,
Hippocr. Comitalem, caducum, fonticum, *Plin.* Lunaticum,
Celsius Rhod. non, ut *Aræteus* vult, quod interlunio nati sint
obnoxii huic morbo. Herculeum, non quod Hercules eo la-
borarit, uti cum aliis perperam statuit *Paul. Zacchias quest.*
med. legal. l. 2. t. 1. q. 14. p. 130. n. 19. sed quod gravis sit, magnus, &
fonticus, imò sacrum nominarunt, sufficit; quod dixerim
Epilepsiam.

Est autem Epilepsia *symptoma abolita actionis principis,*
cui comes adest motus convulsivus in corpore variis ex causis susci-
tatus, malum Hippocratis etiam testimonio, horrendū penitus.

De *subjecto* hujus calamitatis non una omnium opi-
nio. Ex *Galenic* jusq; sectatorum mente *Cerebrum* statuitur.
Magnæ tamen pulsus inæqualitates, cordis palpitationes,
& venarum, quæ cordi proximæ sunt in tumescentiæ faciunt,
ut alii, misso & excusato *cerebro*, accusent *cor*, aut *partes alias.*
Ego partim *per essentiam*, partim *per consensum* fieri, & illius
subjectum cerebrum ac meninges, hujus singulas partes Epi-
lepticam

lepticam causam habentes ventriculana, v.gr. *Fernel. consil. medic. 7. uterum Beniv. de abd. morb. c. 97. venosum genus in variolis, febribus, &c. statuo, sic docente Abensina, Galeno & aliis.*

Quare non subsultim an per *διεσπασίαν*, per *επιπάθειαν* fiat, an *vehemens* nec ne sit librandum; an etiam ipse paroxysmus diuturnus sit nec ne, unde orta, an ad mortem aut salutem acri terminetur dispiciendum.

Hinc à morbi indole *alia* Epilepsia magna, parva, *alia* vehemens, debilis; *alia* sanguinea, biliosa, venenata, sulphurea, salina, mercurialis; *alia* nativa, adventitia; *alia* salubris, lethalis, &c. scire dici potest. Sufficit quaedam pro insituti ratione posuisse.

Quomodo verò Epilepsia à *synope*, *incubo*, *apoplexia*, *lethargo*, *carotica affectu*, *caulepsi* &c. distinguenda & discernenda sit, infra colligere est ex *diagnosticis*.

De *causis* Epilepsiae non *Rhodias* ac *Coas* scholae adeo inter se amulo studio amplificandae artis certarunt, ac *Nocerici* cum *rescribis* hodie, uti videre licet passim.

Veterum enim splendor praeter oppilationem sinuum cerebri [Galeno dicitur *εφοραή* seu *πληρωσις*] à pituitosa & crassa materia cerebrum figente nihil sapuit, quae cerebri partes in concussione ad excussionem intendit cum lacta corporis impedito spiritus animalis appulsa, qui non fertur ut debet ad partem à qua suscipitur actio. *Aben Roes* libr. 3. colliget cap. 45. *Gal.* l. 3. de loc. affect. c. 5. & 7. lib. 2. aphor. comm. 46.

Recentiores causam proximam in *halitus* & *humores* mordaces ac maxime *Mercuriales*, saepe etiam vitriolatos, &c. veneni amulos referunt, quibus *alii* quidem vitalia capitis quae *επιπάθειαν* ob membranarum texturam ad expulsionem irritari ac sic epilepsiam procurari scribunt: *alii* verò *suffocationem*,

sionem, sensuum abolitionem & convulsiones inde fieri pronunciant. Conciliabimus nos hujus utriusque commentis Patronos in conflictu.

Quoad *causas* verò *antecedentes* non despio adeo, ut à veteribus planè dissentiam. *Cacoehymiam* enim, secundarum retentionem, mensuram imminutum fluxum, vermes, bilis aruginosae redundantiam, sanguinis effervescentiam, dolorem colicum, sanguinis obstyptica intempestive adhibita ad superiores partes regurgitationem, aliaque plura veterum auctoritate celebrata admitto omnino cum *Vntzro* libr. 1. cap. 19. & *Germanorum Galeno Cel. Sennerto* & aliis.

In *externis* *crapula* est, *Ictus capitis*, foetidae expirationes, aer calidus & humidus, lac aescens, *περὶ δουράδην παχυμερῆς ὄντα διναίμεν*, omnia vaporosa & caput replentia, somnus nimius, & siquae alias *παιολογία* notat causas & *περὶ φάου*: *quibus* omnibus adde solis calorem, Lunae radios, ac astrorum in aegrum haud disproportionatum influxus varios & mirabiles.

Cognitis *causis* iusto filo ad *symbola*, quibus noscitur Epilepsia ab aliis aegritudinibus veniam. Haec *triplicia ἀνομιητικά, διαγνωστικά & αεθρογνωστικά*.

Primi generis signa ex aegrorum relatione discēs. Poteris autem insuper seiscitari, si aegri *dissimulant* epilepsiam, ut scilicet *beneficia epilepticæ interdicia* obtinere possint, quae vivendi consuetudo olim familiaris fuerit, quibus *habitus*, &c. adlit, an oculi turbulenti sint, obscuri, torvi inruitus, *facies* melancholica, color plumbeus aut lividus, *capitis* ve mala compositio. Interdum nondum certus sis, *experimenta* fac cornu cervini aut gargaris lapidis, vel caprae jecinoris, &c. suffumigio.

Sub *Diagnosticis* comprehenduntur *convulsio capitis*, *subito prostratio mentis*, *sensuumq; cessatio*, *spirma circa os* (quae aliam

aliam causam agnoscit, quam illa quæ eliditur in apoplexia) *stertor, respiratio difficilis, lingua exortio, dentium stridor, corporis agitatio, vocis interruptio, manuum clausio*, quibus accedit interdum *recrementorum & seminis spontanea effluxio*; triste sanè spectaculum, ad cuius nomen *Plinius* despuit. Datur tamen sæpius *particularis Epilepsia*, im proprie sic dicta, quæ de vide *Marc. Mont. Quercetam*.

Nec tamen satis est præsentem cognovisse morbum, *causa* investigandæ sunt unde oriatur, an per consensum fiat an per essentiã, an vitio lienis fiat vel uteri, vel vermium &c. disquietendum? Imo hoc dispiciendum, (ut in casu necessitatis) *Cis* possimus satisfacere,) an vera Epilepsia sit, an *simulata*? non rarò enim usu venit, ut malitiosi homines morbos variòs, etiam fœdam epilepsiam simulent, quandoq; ad *timorem & verecundiam*, sæpius ad *turpe lucellum*; ut tormenta declinent, onera nonnulla effugiant, stipem mendicando plurimam pecuniam corradant. *Simulatam* autem Epilepsiam *sternuta torii* licet detegere, ad exemplum *Sanctorelli Antiprax. l. 7. cap. 19.*

Quod attinet ad *prognostica*; Hippocratis decreto *melancholici* plerumque ad epilepsiam propensi sunt, ac *mares* quidem facilius quoq; Epileptici evadunt ac *femine* ob *notabilem sanguinis* fœminarum profusionem, *cujus* aliàs tanta perniciès est, ut gustatus canes in rabiem agat, homines miris cruciatibus involvat, pilorum effluvia & alia gravia vitia inferat. *Pituitosis* etiam pueris & infantibus satis familiaris est, propter ad *noxiã*. Ante *pubertatem* autem irrupens Epilepsia ac per consensum quidem, facilius curatur, quam illa quæ fit post 25. et. annum, & per essentiã, aut hereditatem, aut in utero *gerentibus & puerperis*.

Quo ad Epilepsia *prostitutionem* indicationes observandæ

de sunt *preservatoria, curatoria & vitales*. Hæ includunt res non naturales dictas. Aer, nostrorum corporum spirituumq; elementum, sit purus, nec graveolens fœtore cloacæ & paludum, ex eo enim magna pars valetudinis pendet. Cibus sit attenuans, incidens, conditus *mac. sem. coriandr. prepar. majoran. pulv. pocon. mar.* Cato vitulina & pullorum sumenda. *Alia, cape, Apium* potissimum, *brassica vitanda*, præter id sanitatis studium, non satiari cibus & ad laborem impigrum esse. *Cerevisia* statuosa, non bibatur, nec *vinum*, *πολυφόνον*, sed quandoque *ολιγοφόνον* aqua dilutum, & herbis convenientibus correctum. Crapula cane pejus & angue fugienda, fomes, radix & pabulum hujus calamitatis. *Hodie tamen ebrietati habetur* (quod auguratus *Seneca*) *honor prohibitor! plurimum vini cepisse virtus est! A cœna & prandio adstringentia, citri, & sydoniorum carnes, & alia vapores reprimentia* sumenda sunt. Somno detur nocturnum tempus tribus horis à pastu, post levem ambulationem & conditi adstringentis usum. *Vigilia* moderatæ sint. *Exercitatio* summè conducit. *Plat. n.* sententia à motu cuncta conservantur, à quiete intereunt; unde etiã *C. I. Cesarem* motu ac itineribus fugasse epilepsiam ferunt. Corporis autem circumgyratio inimica, ut & rotarum, torrentis, aliorumq; aspectus. *Animi turbata* detestanda, cum instar fulminis spiritus dejiciant. Hinc etiam in *Brasilia* homines ab affectuum molestiis liberi rarò ægrotant, rarò canescunt. *Galenus* de puero quodã testatur, quod toties epilepsia tentatus fuerit, quoties succenseret, aut ferret inediã. *Excernenda* autem maximè etiam *excernantur*, & in omnibus servetur modus.

Indicatio preservatoria respicit totum corpus aut partem. *Illi* gratiã causæ veniunt removendæ *cathartici* quidem, *diuretici & sudoriferis, ac sanguinis missione*, si opus. *Hujus* verò causa

eaufa cuiuslibet parti dandum quod convenit, ne ex illius op-
pilatione, atonia aut quovis alio visio ipsa sc. Epilepsia generetur.

Curatoria verò perficitur Antidotis & Specificis, quo-
rum non ultimi census sunt Radix, foccula, sem. *pæonia*, visc.
querc. C. C. *Vingula* Alcis, Cranium humanum (& horum
magisteria, salia, spiritus & olea) *Ruta*, *salvia*, *majorana*, *sil.*
convall. flor. *thilia*, *crocus*, *castoreum*, oleum *buxi*, *eracinum*,
succini, *Corall.* *Margarit.* è quibus resultant remedia composita
varia præstantissima *Aqua Alberti Archi-Ducis Austriae*, *A-*
qua imperialis Montpelienſium, *Pulvis Montagnanz.* *Al. Be-*
nediti, *Magnor. Etruria Ducum*; *Hispaniæ Regum landa-*
sum sal.; *pulvis Christiani III. Daniæ Regis*; *nectar Framb. spir.*
Vitrioli Antepil. *Aqua compos. cerebri hum.* *Essentia Panis*
vera, *rubieunda*, *florida.* *Aq. Hirund. pic. cicon.* *Gelatina Cra-*
nii humani C. C. Omnium autem medicaminum vires supe-
rant *lingua fossiles*, quas dat terra *Melitenſis*, in ea potissimum
regione quam *Pantus* naufragus appulit.

Capus autem insuper *localibus* & aliis *appropriatis* cor-
roborandum. *Gargarismi* hic locum habent & alii *apopleg-*
matismi. *Caustica* quoq; & *fonticuli* hic profunt, & ipsum *ſca-*
orum; *Cucupha* etiam *balsam.* & *ceras.* aliaq; convenientia *episthemata*
roborantia non omittenda. *Amuleta* simul collo gerenda *ſmaragdus*,
lapis, *lapis chelidonium*, *Corall.* &c.

In ipso *paroxysmo* *agri dentes* diducantur, & c. s. *ſervetur patu-*
lans, *extrema* *ligentur* & *fricentur* contra *Eractum*, *ſpuma ſpongia* ab-
ſtergat, *ad nares* *accendatur Galban.* *naribus* *verò* *immitatur* *casto-*
reus & alia *ſternutatoria*. *alvus* *clyſtere* *aut glande* *ſtimul.* *Quoad* *intec-*
na *datur Theriaca*, *cum* *compositis antepilepticis* *pro diverſitate cau-*
ſarum & ipsius *Epilepsiæ*. *ſc enim* *ab utero* *eſt præſtantius medicamen-*
non datur pulvere nigro *Waldecenſi* *ex Ammoniaco*, *Antimonio*,
ſang. Draconis, &c. *parato*. *ſi per eſſentiam*, *adhibenda* *ſupra ſcripta*,
ut imprimis *Cinnabaris*, *ipſius Epilepsiæ* *magna*, & alia in ipſo actu di-
ſputationis exponenda. *Impreſentiarum* *pro inſtituti ratione hæc*
dilla ſufficiant. DEO SIT LAUS, DECUS
ET GLORIA.

